

)(✕)(

JURIDICÆ THESES,
EX INSTIT. IMPERIAL. DE PROMPTÆ.
BEATÆ DEIPARÆ
IN PRIMO SUÆ ANIMATIONIS INSTANTI
absque originali macula conceptæ ex toto corde dicatæ.

TIT. DE USUCAPIONIBUS.

I.
AD usucapionem requisita sunt : Bona fides : Justus titulus : Res non vitiosa :
Possessio civilis : Et tempus à lege definitum.

II.
ERror juris impedit præscriptionem : Error autem facti non ita.

III.
DUm res vitium v. g. furti habet usucapi non potest : Sed vitio purgato,
ejus usucapio procedit.

IV.
Quod Testator ex mala fide usucapere non potest , neque ejus Hæres potest.

V.
INter emptorem quoque, & venditorem continuantur, & conjuntur , tempora usucapionis.

VI.
Usucapione bona fide completa , etsi is , qui præscripsit rem alienam esse
cognoverit , non tenetur pristino domino , nec in foro conscientie restituere.

TIT. DE DONATIONIBUS.

I.
SEMEL præstito à Patre consensu ad hoc ut filiusfam. donet , etsi Pater
postea à consensu receserit , Donatio constat.

II.
Filiusfam. non potest mortis causa donare adventitia extraordinaria, absque consensu patris.

III.
Donatio simplex inter Maritum , & Uxorem est prohibita , scilicet , si unus
fiat locupletior , alter autem pauperior.

IV.
Pactum donationi apositum , de non rebocanda donatione , propter ingrati-
tudinem , non valet.

V.
Donatio omnium bonorum , tam presentium , quam futurorum est valida.

VI.
OB supernascentiam liberorum rebocatur donatio , non solum in Patrono donatore,
& liberto donatario , sed in quibuscumque aliis.

HAS DEFENDET D. D. JOSEPH CANTOS , ET MOLINA , SUB AUXILIO D. D.
Josephi Emanuelis Balaguer , S. C. D. & Orcelitanæ Universitatis Legum Moderator. Palestre
locus erit ejusdem Univeisitatis Theatrum. Die 8 Mensis Martii Anni M. D. CC. LXXIV. Hora 3 $\frac{1}{2}$.

CUM FACULTATE SANCTÆ INQUISITIONIS.

Ortolg: Ex Offic. Josefi. Vincen. Alagarda. Dr. D. Joannes Vicent Rect. Vt. Balaguer Cent. Reg.

6

Flores tritici cum

sim. a. Verp. e

No. 20.